

Band III., Nr. 641, Seite 115-116

Vor dem Bischof Otto von Würzburg bestätigen Gottfried und Konrad die mit ihren Brüdern Andreas, Heinrich und Friedrich von Hohenlohe vor deren Eintritt in den Dienst des Hospitals der heiligen Jungfrau über Meer, genannt der Deutschen, zu dessen Gunsten abgeschlossenen Verträge.

Ohne Ortsangabe, 1220. April 14.

In nomine sancte et individue trinitatis. Otto dei gratia Herbipolensis episcopus. Ut laudabilibus et rite consummatis fidelium actibus nulla se oblivioni[s] et retractationis ex fluxu temporum ingerat dubietas, ad roborandam perpetuam eorum firmitatem efficax et auctorabile scriptorum requiritur testimonium et munimen. Noverit igitur omnium tam presentium etas quam futurorum successura posteritas, quod cum dilecti nostri Andreas et fratres sui Henricus et Fridericus de Hohenloch, secundum conventionem inter ipsos et fratres eorum Gotefridum et Cûnradam factam et ab eisdem fratribus Gotefrido et Cûnrado sacramento prestitito compromissam, se ipsos cum proprietatibus suis, secundum quod in incliti domini nostri regis Friderici et nostro privilegio continetur, domui beate virginis in Ierusalem transmarine, que Theotonicorum dicitur, sancti spiritus inspirante gratia dedidissent, predicti fratres Gotefridus et Cûnradus predictae domus magistro et fratribus super iam dictorum privilegiorum veritate et aliis quibusdam eorum promissionibus, sub iuramento ipsorum comprehensis, in nostra et capituli nostri, inmemores facti sui, moverunt presentia questionem. Postmodum nichilominus, saniori moti consilio et habito prudentum consilio, omnia predictae domus privilegia, tam per inclitum dominum nostrum regem Fridericum quam per nos data et propriis ipsorum etiam sigillis insignita, liberaliter approbantes, eadem vera esse secundum omnem suam continentiam affirmarunt. Cunctis etiam promissionibus, quas predicta continent privilegia, sub iuramento se debere et velle teneri, coram nobis et capitulo nostro, multis quoque ministerialibus et civitatis nostre burgensibus, publice sunt confessi. Et ut amicitia et gracia sinceriori integre cum predictae domus fratribus unirentur, omnem suam portionem in silva Breitenloch, cuius idem fratres ante partem habuerant, liberam et integram predictae domni totaliter reliquerunt, omnia etiam feoda que de proprietate Mergentheim a quibuscumque tenentur, penitus abdicantes taliter postposuerunt, ut eadem cunctis postmodum evis a domo Theotonica teneantur. Preterea, cum antea sub pena feodorum suorum, que ab imperio et a nobis tenent, prefata privilegia et promissiones pretaxatas sub iuramento se ratas habituros promisissent, iterato ad confirmandam

II

priorum stabilitatem sub pena omnium proprietatum suarum, tam hominum militaris vel rustice conditionis, castrorum, villarum, quam omnium aliorum, que in imperio et in episcopatu Herbipolensi habent, sub iuramento et fide data, cum melioribus suis hominibus: Gernodo de Zimbern¹, Hildebrando de Hohenloch², constanter et fideliter promiserunt, quod ad omnia tam in privilegiis quam in promissionibus dicta et facta rata servanda firmitate stabili tenebuntur, quamlibet nichilominus adhuc certitudinem que ab ipsis requisita fuerit prebituri. Hoc addito quod si ex ipsorum negligentia, sicut predictum est, proprietates eorum et feoda ad imperium vel episcopatum devolventur, numquam eis debent a domino imperii vel ab episcopo restitui vel repretari nisi monitione magistri domus Theotonice vel rogatu. Ad omnium quoque predictorum firmam observantiam, seu a magistro domus seu a quocumque fratrum domus, si necessitas exigit, commoniti fuerint et infra tres menses post commonitionem de singulis predictis non satisfecerint, pene perditorum tam feodorum quam proprietatum et hominum, sicut prescripsimus, subiacebunt, Ut autem predictorum veritas stabili imperpetuum vigeat firmitate, nos, tam Gotefrido quam Cûnrado rogantibus, presentem super eis cartam conscribi et tam nostro quam eorum et aliorum, que appensa sunt, sigillis fecimus communiri.
 Huius rei testes sunt: Waldebero, abbas sancti Burchardi, Iringus decanus, Willehalmus Novi Monasterii decanus, Theodericus prepositus in Houge, Arnoldus prepositus in Onoldispach³, Thegenhardus scolasticus, Heinricus custos, Fridericus cantor, Albertus cellerarius, Gerungus de Enkersperge. Laici: Siboto de Ezelenhusen⁴, Heinricus de Salhach⁵, Heinricus de Telheim scultetus, Berengerus frater suus, Marquardus Herbst et frater suus Rûdegerus, Cûnradus Oberti, Bertoldus de Mogo⁶, Heinricus Wolfmari, Heinricus de Wirceburc, Arnoldus de Vfhouen⁷, Hartmodus de Lindenloch⁸, Rapoto, Cûradus et Bertoldus de Hohenloch, Albertus Vulpes et alii quam plures.

 Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo vicesimo, indictione octava, XVIII. kalendas Maii, anno pontificatus nostri XIII^o.

¹Herrenzimmern, Niederstetten, TBB.

²Wohl das abgegangene bei Uffenheim. Der Träger des Namens ein höherer hohenlohischer Dienstmann, wie die Urkunde selbst sagt.

³Ansbach, AN

⁴Abgegangener Ort ?

⁵Nicht sicher zu bestimmen.

⁶Vom Main, wohl der Stadt Würzburg angehöriger Dienstmann ?

⁷Unermittelt, der Lage nach wäre Iphofen zu vermuten.

⁸Lindelach, abgegangener Ort, noch erhalten in der Mühle dieses Namens bei Gerolzhofen.

III

Der Textabdruck folgt dem Original. Von der Urkunde ist ein Duplikat vorhanden.

 An gelben und roten Seidenschnüren hängen fünf Siegel von zinnoberrotem Wachs, von denen die drei ersten rund, die zwei letzten dreieckig mit gerundeten Ecken sind: 1) Das in der Mitte, am linken Rand und in der Umschrift etwas beschädigte, runde Siegel des Ausstellers. Es zeigt den Bischof im Amtschmuck mit Krummstab in der Rechten und einem offenen, nach außen gekehrten Buch in der Linken, auf einem mit Hundsköpfen und -taten verzierten Stuhl mit Fußbank sitzend. Umschrift: + OTTO : DEI : GR*ati*A : WIRCEBVRGENSIS : ECCL*esi*e : EP*iscopu*S : (die E gerundet). 2) Das sehr zerriebene runde Kapitelsiegel. Figur: der hl. Kilian auf einem ähnlichen Stuhl, in gleichem Gewand, mit Stab und Buch, wie der Bischof auf dem Siegel des Bischofs von Würzburg, und mit einem Heiligenschein um das Haupt. Umschrift: + (dieses nicht in der Mitte, sondern seitwärts von dem Heiligenscheine um den Kopf des Heiligen, der durch die Mitte, des Randes hindurchreicht) SANCTVS KYLIANVS.

 3) Ein rundes Siegel mit folgender Figur: Eine Mauer mit einem rundbogigen Pförtchen in der Mitte, woraus eine durch zwei parallel laufende Bogenlinien gebildete, von einem Türmchen mit spitzem Dache gekrönte Kuppel, zwischen zwei ebenfalls mit spitzem Dach versehenen Türmen hervorkommt. Innerhalb der Kuppellinien befindet sich ein auswärts blickender Kopf mit einem Kinnbart und einer nicht mehr deutlichen Bedeckung. Zwischen den beiden Linien scheint eine, jedenfalls nicht mehr lesbare, Legende gestanden zu haben. Umschrift: + WIRCIBURG. 4) Das dreieckige Siegel des Gottfried von Hohenlohe mit abgerundeten Ecken. Figur: zwei übereinander stehende, links gekehrte, leopardierte Löwen mit herab hängenden Schwänzen. Umschrift: + SIGILL*um* GOTEFRIDI DE HOHENLOCH (die E gerundet, das erste H in Cursivform). 5) Das dreieckige Siegel des Konrad von Hohenlohe mit abgerundeten Ecken. Seine Figur zeigt dieselben Leoparden oder leopardierten Löwen, rechts gekehrt, wie auf dem Siegel seines Bruders. Umschrift, nicht durch Randlinien getrennt, zum Teil zwischen die Figur gesetzt: SIGILLVM . CUNRADI . DE . HOHENLoch (U und N in *Cunradi* und H und E im letzten Worte verbunden, das M und das E, in *de*, gerundet). Hinten von ziemlich gleichzeitiger Hand: *Priuelegium Herbipolensis episcopi super bonis in Mergentheim et super feodis a domo teutonica recipiendis.*

Überlieferung und Publikationen

Überlieferung und Textkritik:

Original. Die Urkunde ist in Nr. 643 inseriert. Abschrift in der Sammlung Breitenbach: StA Ludwigsburg JL 495 Nr. 16 (Innenseite).

Editionen:

Zeitschrift Württembergisch-Franken (1849), S. 94 f. (Auszug).

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Aussteller:

Otto I.; Bischof von Würzburg (1207-1223)

Ortsindex:

Ansbach, AN
 Bad Mergentheim Wohnplatz (3643)
 Bad Mergentheim, TBB
 Enkersberg Wüstung (22336)
 Enkersberg, Creglingen, TBB, W
 Ezelenhusen
 Gerolzhofen, SW
 Herrenzimmern Wohnplatz (3833)
 Herrenzimmern, Niederstetten, TBB
 Hohenlohe, Simmershofen, NEA, W
 Iphofen, KT
 Jerusalem, Israel
 Lindelach, Gerolzhofen, SW, W
 Salhach
 Theilheim, WÜ
 Würzburg, WÜ